

S. D. Etsi recordatio doloris, quem ex patria malis capio, consternationem,  
summique luctus acerbiter adeo mihi adauget, ut eum ab omni  
humanitate alienum iudicem, qui reipub: vestrae Senatores Inelyti,  
hisce turbulenti temporibus, impellatione aliqua saltem molestus  
sit: Idem tamen quod alijs vitio dari arbitror, in p'senti  
eegestate, vix declinare potero, nisi beneuolentia vestra  
fretus, & amore erga exulantia ecclesiae membra, breuiter  
& verecunde, quid petendum venerim exponam. Solonem  
ferunt, grauius, & erudite deprimisse, quomodo turbata  
comuni reipub: tranquillitate, priuatorum salus quoque in  
discrimen veniat, cum ita inquit: Intrauit in thalamos  
publica damna eius. Cum enim religio, & leges a  
Tyrannis, quibus nec pietas, nec legum reuerentia curae  
est, opprimuntur, & reliqui politicae societatis nervi,  
magnam istius mali partem singulorum in doli  
ac casae sentiunt. Idem de alijs quoque poenis, quibus  
DEVS humanum genus coercet, verum esse experientia  
certitudinis norma nos conuincit. O uiamob causam,  
postquam auspicijs, & ductu Clariss: viri pia memoriae  
D. Doctoris Casparis Cruciaci Academiae Vitebergensi  
hactenus seruiui, hoc tristissimo tempore cum coniuge  
exulantis scholae comes fui, ubi in tanta redituum, &  
stipendij tenuitate, quicquid saepe meum defraudans  
genium Vitebergae non sine labore comparsi, Arctia  
dum scholam sequar, consumpsi, ita ut nihil praeter

C 107 f.

9.1.1

egestatem reliquum sit. Cum itaque Senatores ab aetate,  
patres ab officio dictos uos esse sciam, & beneuolentia  
vestra, qua pariter studiis, & literarum studiosis opem  
fertis, multos alios, ad fastidium eruditionis eueXerit,  
oro, ut habita temporis ratione, presentisque inopia, in  
qua cum familia constitutus sum, aliquo subsidio inuicti  
senatus munificentia meam tenuitatem leuet. Illud  
enim piuum, & sanctum est, quia Reges, & imperia,  
ecclesiae nutritores vox diuina nominat. Deinde  
& reipub: interest conseruari doctrinae caelestis,  
& aliarum artium in genere humano exactam noticiam.  
Ego quicquid aliquando in me bonarum artium erit,  
id uniuersum ad illustrationem, uerae, & purioris  
doctrinae de Deo, summa cum fide, & diligentia  
referam, & ardentibus uotis Deum precabor, pro  
conseruatione honestae pacis, & disciplinae, ut in his  
regionibus ecclesiae, & reipub: seminaria conseruentur.  
Bene & feliciter ualete      Data Noribergae 5 Nouemb: 52

Ordini senatorio, totiq;  
reipub: deditissimus  
Michael Maus Noribergensis  
minister publ: Acad: Viteb:

2

*Faint handwritten text, possibly bleed-through from the reverse side of the page.*

I  
1  
Grauissimis, & integerrimis viris  
sapientia, consilio, & virtute  
pstantibus, D. consulis, totique  
ordini Senatoris Inlytæ ciuitatis  
Noriberge, dominis, & fauto-  
ribus suis, perpetua fide colendis.  
2

7.

Accepi literas excellentiæ tuæ ad me per hunc tuum  
 bellarium scriptas, ex quibus percepi priuatum  
 lucrum r. p. cum publico totius Ecclesiæ, propter  
 Reuerendissimi uiri D. philippi Melanthonis,  
 piæ memoriæ, nostri preceptoris perpetuam obli-  
 uionem, & gratitudinem colendi, obitum, acer-  
 borem eo esse, quod. r. e. tamq̃ uir sapiens  
 atate utiam, experientia, atq̃ ex diuinis literis  
 edocfus, qui d. omnibus temporibus. talium uirorum  
 in ueritatis, & nostro nunc tempore presertim tanti  
 uiri mors, tam Germanicæ, & Catholice Ecclesiæ  
 mali denunciat, ac portendat. Et cum sit  
 uerissimum, paulo post horrendas calamitates  
 locuturas esse, & imminere iam iam, quas præ-  
 cessit exundatio ubiq̃ tanta, quantum multi-  
 annis nemo cogitabit fuisse maiorem, cum mag-  
 na utiam iniuriam hominum, tum fructuum terræ,  
 quæ toti Germanicæ famem, & pestem adferet.  
 Hanc partem bene meritam a nobis, deprecemur  
 in intercessione Mediatoris nostri, Filij Dei, domini  
 nostri Iesu Christi, & oremus has, ut auertat  
 Deus, uel saltem leniat, cum sit eius propitissima  
 uoluntas ad saluandum potius, q̃ ad perdendum  
 eos, qui resipiscunt, & ad eum confugerunt.  
 Ceteris autem papisticis, & Fluciamensibus turbis  
 falsæ opinionum defensoribus. & lites non necessa-  
 rias gentibus, erunt hæc penæ tristiores, &  
 intolerabiliiores eo, q̃ Dei bonum in tanto uero  
 toti mundo exhibitum, sua quâdam petulantia  
 deprauauerunt, & spreuerunt, ac quotidie sine  
 cessatione aliqua, in maiores ruunt cecitates,  
 ac suas quâdam opiniones confirmare student,  
 contra totius Ecclesiæ iudicium, & uerbi Dei

auctoritatem, & ueritatem. Porro sciat. t. p.  
 etiam iam dudum deliberatum esse a praecipuis  
 nostris quomodo omnia scripta de philippi pie-  
 tate, relicta posteritati tam de religione,  
 quam de eloquentia, collecta in Tomos & distributa  
 uelint, & Deo uolente, breui corpore in typis erit  
 facta & auspiciis: Utinam meaquaedam opera  
 seu diligentia aliquis, saltem descriptionibus,  
 prodosse, & adiuuare hunc laborem possem,  
 certe gaudere.

Quatermiones reliquos  
 scripti, cui titulus est, Breuis narratio & iudicium  
 missi per studiosum Francum ad. e. t., quos accepisse  
 se t. p. credam, & perire etiam in hoc studio  
 non cessabo, & huius generis scripta gratis t. e.  
 mittam, quousque Witebergae permanserit & uidero  
 postremo & gratias ago t. e. pro munere dato  
 & obmisso iam, & cum aliis extant beneuolentia  
 signa erga me multaque, deum precabor sedulo  
 ut uita incolumitate, & rerum omnium felici cum  
 successu Deus ipse compenset, tuncatque in pace  
 dulcissimam patriam, gubernat, & conseruet  
 totam. e. t. familiam. Raptim in multis  
 occupacionibus publicis Witebergae 18 Julij 1560

I. Obseruandus:  
 Maius. H.

3  
 Clarissimo uirio,  
 Thome, & uir fidei  
 & Honorario Baith  
 Senatore Noribergensi  
 & primario domino suo  
 & primo obseruandus  
 1560  
 in Julij  
 4  
 Maius  
 1560  
 Noribergae

S

Etsi Chariss: uir, patrone obseruandiss: quid ad te  
 scriberem, hoc tempore non haberem: tamen pauca  
 haec edita apud nos recens ad praestantiam tuam  
 cum hoc M. Abraamo Reckenbachio Reapolitano  
 mittere uolui. Ac mitto simul propositiones Vtriusq;  
 Illirici & M. Vicorini de Lib: arb: & de defini-  
 tione Legis & Euangelij, quarum propositiones  
 de Lib: arbitrio disputatae sunt p. triduum in  
 aula Vimarisiensi, Et cum circa illud tempus  
 iunior princeps misanus, Iohannis Frid: prin-  
 cipis senioris filius, mortuus esset, disputatio  
 de Legis & Euangelij definitione sublata est in  
 aliud tempus, Etsi aut de ista habita disputatio-  
 ne ad nos adhuc nihil <sup>certi</sup> prolatum est: tamen  
 multi fide digni homines Witambergam uenerunt,  
 testantes id, qd aliqui etiam docti scripserunt ad  
 nostros preceptores, quod nunc in transcriptioni-  
 bus collectarum solutionum & responsionum utriusq;  
 plus lucis, & ueritatis insit solutionibus: M. Vicori-  
 ni, quam Illirici perfidissimi hominis, quae  
 sunt in finitum chaos nec coherens quiddam. Ac  
 nuper ex nostro cetero aliqui senae apud M. Vicorinop.  
 qui eis, ut mi dicent nostris preceptoribus, mandauerunt,  
 se ita respondisse, & eos uicisse, ut non speret quoniam  
 illorum petituram alteram disputationem. Faxit  
 DEVS ut istorum rabulorum & odium inensiss: & nephas  
 in lucem prodeat, & ab omnibus cognosci possit,  
 quo citius uulnera misene Ecclesiae sanari gaudeant.

fuērunt

C 107 L. 9.1 m 3

Bene & feliciter valeat & e, quam ut DEVS patrie  
 & ecclesie incolam diu seruet, regat atq;  
 custodiat una cum honestis: coniugis, liberis  
 omnib., ardentib. uotis ero. Raptim in meis  
 occupationib. quae saepe maiores incidunt, quam  
 uiuente pie memorie D. preceptore fuerunt,  
 quia crescit petulantia in multis iuuenib. qui  
 sine serua inuocatione, timore, & pietate De-  
 ruunt in penas, & q<sup>u</sup> libent faciunt no<sup>n</sup> palam  
 sed clam, sicut & e. narrare poterit hic Ma-  
 gister, q<sup>u</sup> illa feda barbaros petulantius no<sup>n</sup>  
 illo sanctissimo loco, domui preceptoris pepercit.

T. Spidiosiss  
 Michael Maius  
 Noricus.

F

IV

Clarissimo uiro, sapientia  
 oratione & uirtute prestanti-  
 si, D. Hieronymo Bomgardero  
 Senatori Noribergensi  
 Primario, suo domino  
 & patri obseruandissimo

z.

1566  
 Adhuc octob.

Maius  
 fuisse ex esset  
 uelutius & uel  
 ut me compellaret



Cum iam aliud mihi habere, quod scriberem, non  
 potui tamen Chariss: Viri, quin t. p. mitterem per  
 hunc tabellarium primitias ex schola nostra auspici-  
 cati huius anni Sexagesimi primi, quem t. e. tuum  
 toti familie suum, ac felicem, atq; patria & Ec-  
 clesia Christi ubiq; salutarem <sup>nesse</sup> seu tranquillum a  
 Deo caelesti ac aeterno patre, domini nostri Iesu Chrj,  
 toto pectore precor. Porro sciat t. e. quod sub  
 initium Mensis Decemb: Wimariam in aula, D. Vicfo-  
 rimus & Flacius vocati fuerunt, aiunt D. Vicforinum,  
 cum ibi decursum fuisset ad aurustiar, noluisse  
 tantum negotium, tali mimirum ratione confici.  
 Sed silentium utriq; parti mandatum esse, donec  
 legitima fiat transactio, quam fore multi ibi putant  
 sub festum Epiphaniae, quando Nuemburgi prin-  
 cipum erunt comitia. Bene ac feliciter valeat  
 t. e. septim die 3. Calend Januarij Anno 1561  
 Witeberga

praesentia  
 addit:

Martini

C 1071

9.1.24

6

VI.

Clariss<sup>o</sup> viro, Sapientia eruditio-  
ne ac uirtute praestanti, D. Hiero-  
nymo Baumgartnero, Senatori  
Noribergensi primario, domino  
ac patrono suo Obseruandiss<sup>o</sup>

1561

July 15 Januarii

J. J. J.

24